

[E. Nov. 9. 15. V. 307]

Clarissimo doctissimoque viro Joanni Molano

Amico observando.

Cum te Joannes Molane diu magnum profecto fecerim, virum optimum et doctissimum, non  
 casionem ad scribendum optavi: qualis omnique arripissem: hanc vero quamvis occupatus, e mani  
 bus dimittere non volui, longe optimam. Idem enim qui primus mihi de te narrauit omnia, a nobis  
 ad te profecti sunt, alumnus disciplinae tuae, iuuenis amplissimae expectationis, siquidem veram  
 amplitudinem in virtute et litteris positam esse statuimus: quod sine dubitatione facimus neq;  
 falso vulgi iudicio mouemur, umbras rebus, magno enim errore, praeponebantur. Est autem ille  
 Albertus Clampus, quo neminem habeo Caritorem, qua dixi de causa, et tuo perueteri, et meo no  
 nono, et omnium bonorum singulari amore dignissimus. Neq; vulgariter enim eruditus est, neq; vul  
 gariter probus, nihil enim ipso modo istius, nihil gratius, quorum illud perpetuae, hoc etiam sincere  
 virtutis argumentum putatur. Si enim ingratus pessimus, gratus nobis erit optimus. Gratum intellexi  
 tum erga me, tum ex crebra tuorum erga se meritorum commemoratione, qua se non posse satis  
 praedicare affirmat. Intelligit enim, quantum beneficium sit eius, qui animum tonellum ad huc, ad  
 bonos mores, et veras litteras dextre floctit et feliciter informat. Quantum autem etiam in litteris  
 profecerit, ipse audies. Ego enim in doctissimis iuuenibus numero tum quia plus iam consuectus est,  
 quam qui se hocce nomine doctrina in vulgus venditant, tum quia ita inflammatus est amore stu  
 diorum, sapientiae, et omnibus relictis hoc unum in vita acturus esse videatur. Quod cum consti  
 tuerit, ornamento futurus erit suis, patriae, Germaniae, Musis denique: atq; utinam una cum virtute  
 et sapientia, utriq; harum debitum praemium, vel saltem mercedis aliquid consequatur. Etsi  
 hoc minus sperare possumus, hoc praesertim pene perditio seculo: tamen a nobis confirmandus est  
 in hoc tam nobili spatio: Confirmatur equidem a me quotidie: haec Confirmatione non egere vide  
 atur, Cum sciat, quae bona per se expetenda, mini meq; ab homine ullo unquam tempore abicienda  
 sint, sed volui de nostrorum animorum coniunctione aliquid scribere: Non enim iam dubito, quin  
 me vicissim Complectaris, ubi Cognoris te a me Coli: quod si haec Epistola parcius ostendat, audi etiam  
 a beriorum hunc interpretem inae voluntatis: atq; equidem si qua uoles de me Cognoscere, ex hoc au  
 dies omnia; quoniam nonno mo utitur familiarig. Vale Rostochio. V. Id. Jan. Anno 15. 17. xxi

[E. Nov. 9. 15. V. 307]  
 Johannes Caschus.